



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 40. Guisius Dux sedatis Parisinis Regis copias ab internicionis periculo
eximens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI
A. C. 1588.

runt: insuper ab illis in plateis e pavimento filices evelluntur, ac ingentibus lignorum plaustris, necnon doliis fabulo, ac fimo repletis viarum aditus intercluduntur, omnique ex parte cum tanta animi promptitudine ad regios opprimendos defudatum, ut die ad meridiem nondum inclinata in singulis plateis ejusmodi impedimenta ubique erecta, ac milite munita cernerentur, eaque nonnisi quinquaginta passibus a Luparæ Palatio distarent.

§. XL.

Guifius Dux sedatis Parisiis Regis copias ab interfectionis periculo eximens.

*Davil. l. 9.
Thuan. l. 90.*

Cum ergo Regis copiarum hac ratione undique interclusæ hæerent, nec progredi, nec regredi possent, certo exponebantur periculo, ne lapidibus, qui in eas ex omnibus fenestris projicerentur, oppressæ, aut Scloporum quos cives hisce repagulis tecti impune exploderent, ictibus prostratæ perirent, nam jam plures, ac sexaginta Helvetii occubuerant, cum opportune Guifius Dux, qui in suo diversorio hucusque subsistebat, cum urbem suæ potestati relictam, ac milites, aut captos, aut armis spoliatos, imo ipsum etiam Regem

Regem a suis obsessum, & veluti Luparæ Sæcul. XVI:
A.C. 1588.
captum cerneret, in medio populi comparuit, ac non nisi arundinem in manu gestans nil sibi timendum demonstravit, postea vero de vico ad vicum pertransiens omnes incolas hortabatur, ut sese adversus vim tuerentur, cum ipsi, ut inquiebat ipse, non sine manifesto Dei beneficio suam vitam, familiam, libertatem, Religionem, sanctæque Ecclesiæ honorem factum, tectumque haberent. Tandem ad eum locum, ubi Regis copiæ veluti captæ, obsessæque tenebantur, delatus illas arma ponere iussit, nec non Sanpauliano Comiti præcepit, ut eas Luparam usque deductas nequaquam derelinqueret, donec ad securum locum pervenissent. Hac agendi ratione Dux majorem adhuc auctoritatem, existimationemque apud populum sibi conciliabat, eo quod omnibus perjucundum accideret, quod tam generosæ victoriæ testes essent: quapropter ab ipsis etiam regiis copiis plurimi habebatur, cum hæ eidem re ipsa in acceptis referre cogerentur, quod e feditiosæ plebis manibus ereptæ fuissent.

Vespere autem per omnes plateas, totiusque Parisinæ Urbis vicos crebræ Stationes disponebantur, cum autem a Mercatorum Præfecto Regis nomine,

Nn 4

sicut

Sæcul. XVI.
A.C. 1588 sicut fieri alias consueverat, tessera illis daretur, hanc seditiosi rejecerunt, illam præstolantes a Guisio Duce, qui anxie reddendæ pacis articulos proponi desiderabat.

§. XLI.

Iniquæ conditiones a Guisio Duce Reginae Matri proposita.

Davila hist.
de Guer.
civil. l. 9.
pag. 602.

Enimvero res ad summam necessitatem devenerat, ideo Regina Mater comitantibus eam Pinarto secretioris Consilii Senatore, Belleverio, aliisque Proceribus ad Guisii diverforium contendere cogebatur, qua coram conspecta aliquamdiu mutuis querelis certatum, tandem vero de concordia pactis actum: attamen Dux adeo iniquas, atque immodicas petitiones proponebat, ut Regina de proximi successus spe conclamatum crederet: postulabat enim Guisius. I. Rex ipsum tanquam supremum totius Regni sui Vicarium proclamet cum pari auctoritate, qua ejus parens regnante Francisco II. fruebatur. II. Regni comitia Parisiis celebrentur, ubi præfata dignitas eidem Duci asseratur. III. Ut populis adversus pericula, quibus sub hæretici Principis regimine expositi sunt, satis cautum sit, Navarræ Rex, & Borbonicæ Domus Principes, qui Navarri partibus adhærent, a jure